

MARINA STENO GALLINA

HIC IACET CORPUS SERENISSIMAE D. MARINAE, UXORIS Q. SERENISS.
ET ECCELENTIS. PRINCIPIS D.D. MICHAELIS STENO, OLIM INCLYTI DU-
CIS VENETIARUM, QUAE OBIIT DIE IIII MENSIS MAII MCCCCXXII, ANIMA
CUIUS REQUIESCAT IN PACE (Lapide non più esistente nella chiesa di S. An-
drea di Zirada).

TOMMASO MOCENIGO

HEC BREVIS ILLUSTRIS MOCENIGA AB ORIGINE THOMAM - MAGNANIMUM
TENET URNA DUCEM GRAVIS ISTE, MODESTUS - IUSTICIE PRINCEPSQ.
FUIT DECUS IPSE. SENATUS - ETERNOS VENETUM TITULOS SUPER ASTRA
LOCHAVIT - HIC TEUCRUM TUMIDAM DELEVIT IN EQUORE CLASSEM -
OPIDA TARVISI, CENETE, FELTRIQ. REDEMIT - UNGARIAM DOMUIT RA-
BIEM, PATRIAMQ. SUBEGIT - INDE FORI IULII, CATARUM, SPALATUMQ.
TARGURAM - EQUORA PIRATIS PATEFECIT CLAUSA PEREMPTIS - DIGNA
POLUM SUBIIT PATRIIS MENS FESSA TRIUPHIS.
PETRUS MAGISTRI NICHOLAI DE FLORENCIA ET IOVANNES MARTINI DE
FESULIS INCISERUNT HOC OPUS MCCCCXXII (Monumento nella basilica dei
Ss. Giovanni e Paolo).

FRANCESCO FOSCARI

ACCIPITE CIVES FRANCISCI FOSCARI, VESTRI DUCIS, IMAGINEM - INGE-
NIO, MEMORIA, ELOQUENTIA, AD HAEC IUSTICIA - FORTITUDINE ANIMI,
CONSILIO, SI NIHIL AMPLIUS CERTE - SUMMORUM PRINCIPUM GLORIAM
AEMULARI CONTENDI - PIETATI ERGA PATRIAM MEAE SATISFECI NUN-
QUAM MAXIMA - BELLA, PRO VESTRA SALUTE ET DIGNITATE, TERRA MA-
RIQUE, PER - ANNOS PLUSQUAM XXX GESSI, SUMMA FOELICITATE, CON-
FECI - LABANTEM SUFFULSI ITALIAE LIBERTATEM, TURBATORES QUIETIS -
ARMIS COMPESCUI. BRIXIAM, BERGOMUM, RAVENAM, CREMAM - IMPERIO
ADIUNXI VESTRO. OMNIBUS ORNAMENTIS PATRIAM - AUXI, PACE VOBIS
PARTA ITALIA IN TRANQUILLUM FOEDERE - REDACTA. POST TOT LABO-
RES EXHAUSTOS, AETATIS ANNO LXXXIII - DUCATUS IIII SUPRA XXX,
SALUTISQUE MCCCCLVII KLENDIS - NOVEMBRIBUS, AD AETERNAM RE-
QUIEM COMMIGRAVI. VOS - IUSTICIAM ET CONCORDIAM, QUO SEMPI-
TERNUM HOC SIT - IMPERIUM, CONSERVATE.
FRANCISCO - AVO - DIVO DUCI - FRANCISCO - GERMANO - PIENTISSIMO.
NICOLAUS - IACOBI - MONUMENTUM - HOC - MAGNIFICE - POSUIT.

ALOISII FOSCARI - COR - HIC IPSO IUBENTE - ANNO DOMINI MDCCXX (Mo-
numento nella basilica dei Frari).

PASQUALE MALIPIERO

PASCALIS MARIPETRUS P. - MAXIMIS REIP. SENATORIBUS, BONITATE ET -
ELOQUENTIA SEMPER PAR RELIGIONE AC - RERUM USU, NULLI SECUN-
DUS, ET CUM HIS - LAUDIBUS IN CIVITATE EXCELLERET IN LO - CUM FRAN-